



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

De Raptu mulierum. Cap. XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

S V M M A R I V M.

- 1 *Raptus quando committatur.*
- 2 *Hoc crimen est mixti fori.*
- 3 *Raptores qualiter puniantur de iure ciuili.*
- 4 *Puella semper presumitur decepta.*
- 5 *In quibus casibus esset pena raptus.*
- 6 *Qua pena puniatur qui sanctimoniale violare ausus fuerit.*
- 7 *Raptores de iure canonico qualiter puniantur.*
- 8 *An valida sint sponsalia contra facta inter Raptorē, & raptam.*
- 9 *An validum sit matrimonium contrahitum cum ea, quam quis rapuit causa expletā libidinis.*
- 10 *Quid si mulier raperet virum.*
- 11 *An si puella volens pro matrimonio abducitur in uitis parentibus, tale matrimonium sit validum.*
- 12 *An Raptor sequuto matrimonio evitet poenas, & num 13.*

C A P. XXXI.

De Raptu mulierum.

RAPTUS crimen committit qui mulierem libidinis, aut matrimonij causa de loco ad locum abducit, ut dicunt DD. apud Ricc. in Prax. for. eccl. par. 4. ref. 437. Bo naciu. de matrim. q. 4. pun. 18. nu. 5. &c. & ideò sine violentia non committitur c. de raptoribus 36. q. 1. sed eximendi ff. Ne quis eum, qui in ihs voc. non tamen est ne-

cessaria tota omnino vis, sed sufficit aliqua violentia etiam per solam interpellationem, & suasionem, ut est easus in l. 1. f. fin. ubi Bart. ff. de extraord. crim. Boff. in tit. de Cott. damn. & punib. nu. 66. Nauar. cons. i. de Raptor. quamquam alij DD. censem, ad hunc effectum requiri dolum, seu preces, aut blandimenta adeò importuna, ut æquiparentur violentia, ita Sancb. Loff. & alij apud Bonaciu. loco cit: d. num. 5.

Hoc delictum est mixti fori, quia ab utraque lege punitur c. 1. & seq. 36. quæf. 7. l. vn. C. de Rapt. Virg. l. Raptores C. de Episc. & cleric. & in auth. de Rapt. mulier.

De iure autem ciuili Raptores Virginum, sanctimonialium, honestarum viduarum, &c. aliarum mulierum, quæ iam nuptæ sunt, aliquæ omnes auxilium, vel favorem præstantes in ipso raptu, ultimo supplicio afficiuntur, & illorum bona, si sanctimoniales rapsuerint, monasterio, alias ipsi mulieribus raptis applicatur: cōscij verò, vel ministri, vel quicunque eis opem tulerint, capitali pœnæ tantummodo subjiciuntur, ut in dictis ll. continetur.

Eadem pœna capitali puniuntur raptiores filiorum, seu filios sedentes à parétabus l. fin. ubi glos. C. ad l. Fab. de Plagiar.

Præsumitur autem semper puella decepta, ac dolosis suasionibus, & donis inducta, ut in d. l. vn. C. de Rapt. Virg.

Limita in raptu foeminæ impudicæ, tunc enim non punitur pœna d. l. vn. sed arbitraria, nisi for-

forte reliqua meretricia turpitudine honestè viuat Bart. in l. vñrū est num. 3. ff. de furt. Sylva in ver. lu xuria num. 6. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 4. pes. 440. & in collect. dec. 82. par. 1. & alij DD. relati in Syn tag. opin. comm. tit. de Rapt. Virg. c. 2. & 3. & apud Clar. in d. S. raptus vers. quero numquid.

Limita 2: quando verè constaret, mulierem nulla arte, seu sollicitatione, aut suasione, sed sua libera voluntate recessisse è domo cum Amasio, quia hoc casu non puniretur vir poena ordinaria d. J. ut etiam si parentes essent inuiti, sed alia graui arbitrio Iudicis secundum Boff. in tit. de rapt. mulier. num. 7; ubi citat Bald: in d. l. vn. vers. ulterioris oppono C. de Rapt. Virg. & hanc sententiam sequitur Ricc. in Prax. for. eccl. par. 4. resolutione 438:

Sed contrarium est de iure verius; tales enim delinquentes puniuntur poena ordinaria, siue sponte mulieres cum eis discesserint, siue inuite d. l. raptore in fin. C. de Episc. & Cler. d. l. vn. C. de rapt. Virg. & est communis opinio, ut d. Clar. in d. S. raptus vers. adde quod poena.

Limita 3. ubi copula cum raptata sequita non fuerit, tunc enim raptor non poena ordinaria, sed alia graui Iudicis arbitrio est puniendus, tum quia ita colligitur ex d. l. vn. ibi, maximè cum virginitas, vel castitas corrupta restituiri non possit; & ideo videtur legislator respexisse ad copulam inter raptorem, & raptam: tum etiam quia tale delictum absque

copula catholi non videtur consummatum Boer. decis. 316. post n. 4. Io. de Ana. in cap. cum causa in fin. de Rapt. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccl. par. 4. res. 451. & in collect. dec. 82. par. 1. vbi etiam dicit, hoc procedere etiamsi raptor raptam non cognoverit, quia id commodè facere non potuit, quicquid in contrarium dicat glo. in l. si quis non dicam rapere ver. si quis C. de Episc. & cler. Clar. in d. S. raptus vers. sed quid Boff. d. tit. de Rapt. mulier. num. 14. & alij.

Quæres, qua pena puniatur qui sanctimonialem violare ausus fuerit? Resp. quod punitur poena capitali etiamsi delictum hoc tantum attentauerit l. si quis non dicam rapere C. de Episc. & cler.

De iure vero canonico pro crimine raptus laici excommunicatur: clerici vero deponuntur c. 1. & seq. 36. q. 2. sed hodiè tria penarum genera constituta sunt contra raptores: primò enim raptor & omnes consilium, auxilium, & fauorem præbentes sunt ipso iure excommunicati, perpetuè infames, omniumque dignitatum incapaces: & si clerici fuerint, de proprio gradu decidant.

Secundò raptor, siue matrimoniuni contrahat, siue non, tenetur raptam decenter arbitrio Iudicis dorare.

Tertiò inualidum est matrimoniuni celebratum inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in posteritate Raptoris manserit, etiam si libere contentiat, ita Conc. Trident. sess. 24. de ref. cap. 6.

Ex

8 Ex quo obseruant Doctores, 11 Obseruant 4. in dicto decreto
quod cum per sacrum Concilium Concilij solum eam raptus spe-
annuletur matrimonium, etiam ctem puniri, per quem vis infes-
sponsalia in tali casu erunt inua- tur puellæ, non autem parenti-
lida; quando enim aliquid pro- bus: ex quo arguunt, quod si fil-
hibetur, id etiam censetur pro- la volens pro matrimonio abdu-
hibitum, per quod peruenitur ad citur etiam inuitis parentibus, ta-
illud. *Horatio ubi Bald. ff. de spon-*
sal. Nau.conf. 4. de Raptor: Ricc: in
Prax.for.eccles.par. 4. ref. 454. &
itâ declarasse Sac.congregat. dicit
Bonacini: de matrim.q. 4. pun. 18.
numero 10.

9 Obseruant 2. validum esse ma- Obseruant 2. validum esse ma-
trimonium contractum cum ea, trimonium contractum cum ea,
quam quis rapuiç causa explen- quam quis rapuiç causa explen-
dæ libidinis: putant enim sub di- dæ libidinis: putant enim sub di-
cto decreto Concilij eff. 24. cap. 6. ctio decreto Concilij eff. 24. cap. 6.
solum comprehendendi raptum, qui solum comprehendendi raptum, qui
fit causa contrahendi matrimo- fit causa contrahendi matrimo-
nij, non autem ad exercendam nij, non autem ad exercendam
libidinem, itâ *Sanch. tom. 2.lib. 7.* libidinem, itâ *Sanch. tom. 2.lib. 7.*
disp. 13. nu. 4. Coninch: de Sacram:
disp. 31. dub. 4: num. 48. quos refert,
& sequitur Dian. par. 3. tr. 4. resolu-
tione 261.

10 Obseruant 3. poenas in d. de- Obseruant 3. poenas in d. de-
creto Concilij contentas non ha- creto Concilij contentas non ha-
bere locum, vbi mulier raperet bere locum, vbi mulier raperet
virum, itâ *Bonacini: de matrim. q.* virum, itâ *Bonacini: de matrim. q.*
4. pun. 18. num. 7. & alij: Vnde
in tali casu non impediri matrimoniū vigore eiusdem Concilij
d. cap. 6, resoluti Ricc. in *Prax.p.*
q. ref. 452. ubi citat Farinac. Sancb.
Ledesm: & alios. quemadmodum
neq; pœna d. vñ. C. de Rapt. Virg.
locum habent in muliere rapiente
virum causa libidinis, que in
tali casu punienda est alia graui-
citra mortem pœna arbitrio Iu-
dicis Clar. in d. *Scriptus versi. sed*
pone & alij communiter.

Obseruant 4. in dicto decreto
Concilij solum eam raptus spe-
citem puniri, per quem vis infes-
tatur puellæ, non autem parenti-
bus: ex quo arguunt, quod si fil-
la volens pro matrimonio abdu-
citur etiam inuitis parentibus, ta-
le matrimonium validum erit
iuxta cap. cum causa de raptor, pu-
tant enim, quod Concilium ibi
voluit tantum succurrere liberta-
ti matrimonij, ne mulier inuita-
illud contrahere cogatursed hoc
non accidit, quando illa conser-
nit, itâ *Sanch. ubi suprav. 3. Coninch.* loco cit. *Fillius. to. 1. tract. 10.*
par. 2. cap. 8. num. 265: quos refert
Dian. d. par. 3. tr. 4. ref. 261. Ricc. in
Prax. for. eccles. par. 4. ref. 438. in-
fin. & alij apud Barbos. in d. cap.
cum causa num. 3.

Alij vero id admittunt, quando
mulier sponte, vel precibus non
adeo importunis discedit cum
Amatore inscijs parentibus, quia
tunc nulli vis infestur, & ideo no
dicitur raptus, sed potius fuga vo
luntaria; secus si discedat inuitis
parentibus, quia tunc illis vis fieri
dicitur, quamvis puella con
sentiat: Vnde in hoc casu dari ve
rum raptum, & in eo procedere
dispositionem Concilij Tridenti
ni loco cit: resoluti Nau. conf. 2. de
Raptor. Barbos. in d. cap. cum causa
num. 3. eodit. ubi citat Henrig. in
sum. lib. 12. cap. 14. num. 4. *Rebell. de*
obligat. iust. par. 2. ib. 3. q. 11. nu. 6.
Farin. in Prax. crimin. p. 5. q. 145.
n. 221. & alios, quorum sententia
videtur fauere tex: in cap. cum nul
lus 36: q: 2: o: cu secundu de Haret.
in sexto S. T. b: 2: 2: q: 154: art. 7:
12 Ob-

82. Observant s. quod licet subse-
quatur matrimonium, remaneat
tamen poena infamiae, excommu-
nicationis, & incapacitatis ad di-
gnitates per Tridentinum inflis-
ta, quæ cum non requirat ali-
quam actionem ad sui exequatio-
nem, ipso facto incurritur etiam
ante Iudicis sententiam *Nu. cōf.*
3. num. 5. de Raptor. Bonacini de
Matrim. q. 4. pun. 18. num. 10: que-
madmodum Raptor tenetur etiā
in tali casu raptam dotare arbit-
rio Iudicis ex dispositione eius.
dem Concilij d. cap. 6. quamvis ad
id non teneatur, nisi fuerit condé-
natus *Nau. in man. cap. 16. nu. 17.*
Bonacini loco cit. num. 10. vers. se- cunda est.

83. Quæres, an Raptor sequuto
matrimonio euitet alias penas
a iure infictas? Respondeat Ricc.
in Collect. dec. 82. par. 1. quod Ra-
ptor matrimonium contrahens
cum rapta non euitat penas a le-
ge ciuili propter raptum imposi-
tas: & hęc sententia mihi vide-
tur verior in punto iuris, quia
textus in d. l. vñ. C. de Rapt. Virg.
expresè prohibet matrimonium
inter raptorem, & raptam, licet
correctus fuerit perius Canonicū
in cap. fin. de Raptor. & Conc. Tri-
dentinum loco cit.

Hęc tamen opinio in tali casu
non seruatur in praxi, vt d. Boff. in
tit. de Rapt. mulier. num. 18. & ideo
alii asserunt, Raptorem tuac nō
esse puniendum poena corporali,
sed confiscatione honorum, ita
Clar. in S. Raptus vers. quero mo-
do E: Suar. relatus in Syntag. opim
comm. tit. de Rapt. Virg. c. 1: vers. 1:

Alij verò dicunt, quod mattri-
monium omnem penam tollit, &
quod in hoc attendi debet ius ca-
nonicum, quod potuit mitigare
penam, ita DD. quos refert, & se-
quitur Boff. loco cit. & hęc senten-
tia benignior quidem est, & ideo
in praxi seruanda, dummodo pre-
cesserit tractatus de nuptijs, vel
sponsalia, & puella consensu in
matrimonium: tunc enim huius-
modi raptus non punitur de iure
canonico, ut in d. cap. cum causa
vbi DD: de Raptor: sequuto tamē
matrimonio, ut supra Ricc. in
Collect. dec. 539. par. 3: & in hoc
corrigitur d. lex. vñ. C. de Rapt.
Virg. quo casu ius canonicum
matrimonij libertati consuluit;
quia aliquando in domo Paren-
tum liberē costrahi non potest,
ut d. Sylu. in ver. luxuria num: 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Crimen Abortus est mixti fori.
- 2 Delinquens in tali casu qualiter
puniatur.
- Clericus huius criminis reus an-
teneatur ante Iudicis sententiā
dimittere officia, seu beneficia,
ibidem.
- 3 Quando dicatur fœtus anima-
tus.
- 4 Anima quando venseatur infus-
sa.

CAP.

